Quelle: https://manuscripta.at/?ID=86
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



q humiditas decrepitorum sit accidentaliter
propter defectionem naturalis caloris eorum cibaria
prout portet digerere nequeuntis. et propter
debilitatem membrorum tertie digestionis superflu
itatem expellere non ualentium. quod testantur
ydropici. Corpora ut eorum plena sunt aqua citrine mul
titudine. membra tamen habent macilenta et consumpta.

Non naturalis **De consumptione sine febre.**
Itaque consumptio duobus modis: aut cum febre. aut
sine febre. Sine febre aut est callida. aut est fri
gida. Frigida uero consumit corpus. uel propter diuturna
apostemata. uel propter alios diuturnos morbos.
Hi ut morbi quasi diuturni. nimium de substantia
li corporis humiditate dissoluunt. Unde in frig
dato corpore uirtus dissolutio deficit. Idoque cibaria cruda
ac indigesta permanent. quod cum ita sint. membra
corporis abhorrent ea. neque ex eis nutriuntur.
Quam quidem molestiam patientes pulsum habent debilem.
tardum. et strictum. Ut cru. al. et sub. Pulsus de
bilis ex dissolutione uirtutis corporis propter egritudinis
diuturnitatem. Tardus propter caloris naturalis defec.
sumque congelationem. Cruditas: ut propter frigi
ditatem complexionis corporis dominantem. et propter na
turalem calorem in loco coctionis deficientem. Sub